



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

15. Violatio à Iudicibus sæcularibus libertatis Ecclesiasticæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

à censuris aliisque pœnis absol-
uantur

Qui tanquam auctoritate propria iu-
dices causas spirituales, v.g ad cul-
tum diuinum, absolutionem à cen-
sulis, administrationem sacramē-
torum, decimas, beneficia, ius pa-
tronatus, (secus est de merè tem-
poralibus) à Iudicibus, à Sede A-
postolica designatis auocant. An
verò in Hispanie & Galliae regnis
obligent. Nau. & Suar. hic con-
trauertunt. Sayr. Thesauri l. 3 de
Censuris cap. 13 arguit illos nimii
affectionis erga nationem & propen-
sionis ad gratificandum Regibus.

XV. Iudices seculares qui pre-
ter iuris dispositionem personas
Ecclesiasticas ad suum tribunal
trahi faciunt directe vel indirecte,
quouis quæsito colore, deinde sta-
tuta contra libertatem Ecclesiasti-
cam facientes, ordinantes, publi-
cantes, vel ordinatis utentes; etiā

C 5 præ-

prætextu cuiusuis consuetudinis
aut priuilegii, vnde Ecclesiarum
iuribus quomodolibet præiudi-
catur.

Tripli citer conueniri potest Ecclesia-
sticus apud sacerdulare tribunal 1. in
causa feudi, si v. g. Clericus feudu
sacerdulare possidet, iuxta Cap. Ex-
transmissi. de foro competenti lib.
2. decret Tit. 2. [Z] In causa Re-
conventionis: si Clericus actor lai-
cum conuenit apud iudicem sacer-
dularem, tunc per reum apud eundem
potest conueniri, non tamen ad mul-
tam pecuniariam aut restitutio-
nem realiter facienda condemnari
Clericus a iudice sacerdulari potest.
iuxta Cap. Nullus cit. tit 3. In causa
Clerici in minoribus constituti, si
nimirum careat priuilegio fori. de
quo Vide Conc. Trid sess 23. c. 6. de
reform. cum adiecta Ill. Cardina-
lium declaratione, et infra Cap 3.
Falliu. Tom. 1. tr. 16. Cap. II. n. 314.

XVI.